A. D. 1917. Nrus XII.

CURRENDA

Motu proprio

de attribuenda S. Officio censura librorum et Poenitentiarae apostolicae concessione indulgentiarum.

Benedictus PP. XV.

Alloquentes proxime in Consistorio Sacrum Cardinalium Collegium, ediximus, consilium esse, ut ordinationem Romanae Curiae, praeclarum opus Decessoris Nostri fel. rec. Pii X, perficeremus in ea quoque parte, cui is ob quaedam rerum adiuncta supersedisset, id est Ss. Congregationes coniungendo Indicis et S. Officii. Inspecta enim natura utriusque Congregationis, quum censura librorum, quod esset munus unius, contineretur munere tutandi doctrinam fidei et morum, quod esset alterius, ex eis Congregationibus unum fieri omnino apparebat oportere, vel ad praecavendas de competentia controversias, quae facile inter eas orirentur. Nunc igitur id exsequentes consilium, Motu proprio haec constituimus et sancimus:

1. S. Congregatio Indicis iam nunc non erit.

2. Quod fuit usque adhuc proprium munus S. Congregationis Indicis, erit posthac S. Officii de libris ceterisque scriptis censuram facere.

3. Ad ministeria, quae sunt apud S. Officium, accedat peculiaris Sectio de Indice; eique addicantur Officiales, qui exstinctae Congregationi ministrabant. Rationem autem eius Sectionis ordinandae S. Congregatio S. Officii definiet, Nobisque probandam proponet.

4. Ne autem S. Officii negotiorum moles nimis hac accessione crescat, quidquid ad Indulgentias pertinet, omne iam esto Poenitentiarae apostolicae: quae quidem pro suo instituto iudicabit de omnibus, quae spectant ad usum et concessiones Indulgentiarum, salvo iure S. Officii videndi ea, quae doctrinam dogmaticam circa novas orationes et devotiones respiciunt.

5. Sectio de Indulgentiis, quae est apud S. Officium, cum suis officialibus, ad Poenitentiariam apostolicam transferatur: quam ipsam Sectionem Cardinalis Poenitentiarius Maior, Nobis consultis, ordinandam curabit.

Haec statuimus et praecipimus, contrariis quibuslibet, etiam speciali mentione dignis, non obstantibus.

Datum Romae apud S. Petrum, die XXV. Martii MCMXVII, in festo Incarnationis Dominicae, Pontificatus Nostri anno tertio. *Benedictus PP. XV.*

Suprema sacra Congregatio S. Officii.

De Sacramento Extremae Unctionis in casu necessitatis conlato.

In plenario conventu Supremae Sacrae Congregationis Sancti Officii, habito feria IV, die 31. Ianuarii 1917, proposito dubio: An administrato Sacramento Extremae Unctionis in casu necessitatis unica Unctione in fronte adhibita, per verba: »Per istam sanctam Unctionem indulgeat tibi Dominus quidquid deliquisti. Amen«, cessante periculo, singulae Uctiones, ad tenorem Decreti diei 31. Ianuarii 1907 supplendae, sub conditione adhibendae sint vel non? Emi ac Rmi Dni Cardinales in rebus fidei et morum Inquisitores Generales, omnibus mature perpensis, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, respondendum decreverunt:

Negative ad 1-mam partem: Affirmative ad 2-am.

Et sequenti feria V, die 1. Februarii eiusdem anni, SSmus D. N. D. Benedictus divina providentia PP. XV, in solita audientia R. P. D. Adsessori eiusdem Supremae Sacrae Congregationis impertita, Emorum Patrum resolutionem adprobavit et confirmavit. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Datum Romae, ex Aedibus S. Officii, die 9. Martii 1917.

Aloisius Castellano, S. R. et U. I. Notarius.

De Spiritissimo.

Feria III, loco IV, die 24. Aprilis 1917.

In plenario conventu habito ab Emis ac Rmis Dnis Cardinalibus in rebus fidei et morum Inquisitoribus Generalibus, proposito dubio: »An liceat per Medium, ut vocant, vel sine Medio, adhibito vel non hypnotismo, locutionibus aut manifestationibus spiritisticis quibuscumque adsistere, etiam speciem honestatis vel pietatis praeseferentibus, sive interrogando animas aut spiritus, sive audiendo responsa, sive tantum aspiciendo, etiam cum protestatione tacita vel expressa nullam cum malignis spiritibus partem se habere velle«. Iidem Emi ac Rmi Patres respondendum decreverunt: »Negative in omnibus«.

Et Feria V, die 26. eiusdem mensis Ssmus D. N. D. Benedictus div. prov. PP. XV. relatam sibi Emorum Patrum resolutionem adprobavit.

Datum Romae, ex aedibus Sancti Officii, die 27. Aprilis 1917.

Aloisius Castellano, S. R. et U. I. Notarius.

Decretum.

Indulgentia partialis tribuitur renovantibus propositum cuiuscumque mortis generis suscipiendi.

Die 16. Novembris 1916.

SSmus D. N. D. Benedictus, div. prov. PP. XV, in Audientia R. P. D. Adsessori S. Officii impertita, universis christifidelibus, qui postquam sacram Com-

munionem rite sumpserint, sequentem actum, iam a s. m. Pio PP. X, die 9. Martii 1904, plenaria indulgentia pro articulo mortis ditatum, renovaverint: »Domine Deus meus, iam nunc quodcumque mortis genus, prout tibi placuerit, cum omnibus suis angoribus, poenis ac doloribus, de manu tua aequo ac libenti animo suscipio«, indulgentiam septem annorum totidemque quadragenarum, defunctis quoque adplicabilem, semel in mense lucrandum, benigne concessit. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione. Contrariis non obstantibus quibuscumque. *R. Card. Merry de Val*, Secretarius.

(L. † S.) †*Donatus Archiep. Ephes.*, Ads. S.O.

S. Congregatio de Religiosis.

Interpretatio decreti »Cum de sacramentalibus« *).

In articulo V. Decreti »Cum de Sacramentalibus« diei 3. Februarii 1913. statutum est: »Si qua religiosa ad animi sui quietem et maiorem in via Dei progressum, aliquem specialem confessarium vel moderatorem spiritualem postulet, erit facile ab Ordinario concendendus; qui tamen invigilabit ne ex hac concessione abusus irrepant; quod si irrepserint eos caute et prudenter eliminet, salva tamen conscientiae libertate«.

Circa hunc articulum proposita sunt S. Congregationi de Religiosis sequentia dubia:

I. An confessarius specialis seu spiritualis moderator pro aliqua religiosa deputatus iuxta art. V. Decreti »Cum de Sacramentalibus«, valeat perpetuo in suo munere permanere, vel potius concedendus sit ad tempus praefixum.

II. An deputari valeat in confessarium specialem seu conscientiae moderatorem alicuius religiosae, qui in decurso triennio confessarii ordinarii communitatis munere functus sit, nondum a cessatione praedicti officii anno expleto.

Emi Patres Cardinales huius S. Congregationis de Religiosis, tota rei ratione mature perpensa, in plenario coetu habito die 20. Aprilis currentis anni 1917. responderunt:

Ad primum: Specialem confessarium seu moderatorem spiritualem concedendum esse non ad tempus praefixum, sed donec perduret iusta causa necessitatis vel utilitatis spiritualis religiosae, quae postulaverit, ad normam Decreti »Cum de Sacramentalibus«, sub n. 13.

Ad secundum: Affirmative.

Facta autem de hisce omnibus relatione ab infrascripto Secretario Sacrae Congregationis, in audientia diei 22. eiusdem mensis Aprilis, Sanctitas Sua Emorum Patrum sententiam benigne ratam habuit et confirmavit.

(L. † S.) † I. Card. *Tonti*, Praefectus.

Adulphus, Ep. Canopitan., Secret.

*) Cf. Curr. VI., 1913 a., p. 47.

L. 4696.

Dalsza rekwizycya dzwonów.

W najbliższym już czasie ma nastąpić dalsza rekwizycya dzwonów. Od tej rekwizycyi zwolnione będą tylko te dzwony, które c. k. krajowy Urząd konserwatorski uzna za artystyczne lub historyczne. W celu uzyskania potrzebnych wiadomości dla oceny wartości artystycznej pozostałych jeszcze dotąd w naszych kościołach dzwonów zwracał się urząd konserwatorski do P. T. Duchowieństwa odezwą zamieszczoną w dziennikach z końcem czerwca b. r. Do tej chwili żądane wykazy do urzędu konserwatorskiego nie nadchodzą.

Wzywamy zatem wszystkich XX. Rządców kościołów, aby w tak ważnej i nie cierpiącej zwłoki sprawie jak najspieszniej Urzędowi konserwatorskiemu w Krakowie (Łobzowska 4) przesłali wszelkie dane, potrzebne do reklamacyi zabytkowych dzwonów.

Zwracamy uwagę, że pierwsze wykazy dzwonów przesłane niegdyś tutejszemu Konsystorzowi i zwrócone następnie z klauzulą Konserwatora Rządcom Kościołów, dziś już nie mogą służyć za podstawę reklamacyi. Nie wiadomo bowiem, które wymienione w tym pierwszym wykazie dzwony zostały zarekwirowane, a które pozostały na miejscu. Wykazy te były zresztą w wielu wypadkach bardzo niedokładne.

W przesłać się mającym obecnie wykazie podać należy:

1. nazwę dekanatu, powiatu względnie miejscowości, gdzie się kościół znajduje;
2. wymienić według wielkości każdy z pozostałych dzwonów i oznaczyć liczbą porządkową;
3. podać, jaka jest dolna średnica każdego dzwonu?
4. czy dzwony są datowane, a jeżeli nie, z jakiego czasu mogą pochodzić?
5. jakie mają napisy?
6. czy mają figuralne ozdoby?
7. czy nie wprawiono w dzwon starych monet lub odcisków starych pieczęci?
8. podać wszelkie herby;
9. jakie są ornamenty wypukłe, czy płaskie i w jakim stylu?
10. jaką szczególniejszą wartość posiada dany dzwon, czy to ze względu na tradycyę, czy jako rzadki okaz sztuki ludwisarkiej, czy przez swój ton muzykalny?

Przy dzwonach niedatowanych, jako też przy dzwonach pochodzących z XVII. i XVIII. wieku, które z powodu pięknej ornamentyki winne być zwolnione, należy zamiast długich opisów poczynić odciski na zwilżonej grubej bibule ze wszelkich napisów lub ozdób znajdujących się na dzwonie.

L. 4355.

Małżeństwo jeńców wojennych.

C. k. Ministerstwo wyznań i oświaty reskryptem z dnia 17. lipca b. r. L. 18430. komunikuje Nam rozporządzenie c. i k. Ministerstwa wojny z dn. 29.

maja 1917. Odział IX. L. 29362. oznajmiające, że aż do czasu zawarcia pokoju po obecnej wojnie niedopuszczalne są małżeństwa jeńców wojennych z poddanymi państwa austryackiego, że przeto wszelkie odnośne prośby będą zawsze odrzucane; wyjątek stanowią tylko jeńcy niemcy poddani rosyjscy.

Podając to do wiadomości P. T. Duchowieństwa parafialnego, wzywamy, aby się w praktyce stosowało do powyższego zarządenia.

L. 3385.

Zbiórka wełny dla wojska.

Pismem z dn. 7. czerwca b. r. L. 69. zawiadomiała Nas c. i k. Komenda wojskowa w Krakowie, że w całem państwie utworzone zostały miejsca zbiórki wełny owczej dla użytku wojska, i państwa i prosiła zarazem, by P. T. Duchowieństwo przy nadarzonej sposobności, pouczało ludność, iż jest obowiązaną wszelkie zapasy wełny odstąpić państwu, za stosownem wynagrodzeniem, i że niezastosowanie się do tego zarządzenia pociągnie za sobą surowe kary.

Celem uniknięcia przykrych kolizyj z władzą, zechcą P. T. Rządcy parafij pouczać i wpływać na ludność, aby się od tego obowiązku nie uchylała: wszak tu chodzi o zdrowie i życie naszych żołnierzy, dla których ciepła odzież, jest jedyną ochroną przed srogimi mrozami zimowymi.

L. 4070.

Medaliki, szkaplerze i krzyżyki dla jeńców wojennych.

Wiedeńskie biuro opieki nad jeńcami (Zentralnachweisebureau, Wien IV. Karlsplatz 13.), pragnąc przynieść pociechę religijną naszym żołnierzom, zostającym w niewoli, wydało większą ilość medalików szkaplerznych i krzyżyków, artystycznie wykonanych, których $^1/_3$ część ma być bezpłatnie wysłana jeńcom wojennym. Ponieważ koszt wydawnictwa jest znaczny, przeto $^2/_3$ części wspomnianych przedmiotów mają być, dla pokrycia wydatków, rozsprzedane w kraju po cenie nieco wyższej, niż zwykle, t. j. medaliki po 40 halerzy, a krzyżyki po 60 halerzy. — Sprawę tę gorąco polecamy poparciu P. T. Duchowieństwa, jako zbożne dzieło, tembardziej, że medaliki szkaplerzne są dziś powszechnie używane, a krzyżyki również się bardzo nadają na upominki dla naszych żołnierzy. — Przedmioty te wysyła po tej samej cenie, tutejszy skład przedmiotów religijnych, założony przez katolickie Stowarzyszenie „Pracy kobiet", pod nazwą: Polonia. **Adres: „Polonia" Tarnów, pl. Kazimierza W. 1.**

Mutationes inter Venerabilem Clerum.

Nominati: RR. DD.: *Dr. Bulanda Stanislaus,* Cancellarius Curiae Eppalis; *Pędrak Ludovicus,* Coop. in Dębica, Capellanus Illmi ac Rvmi Dni Ordinarii ac Registrator et Protocollista Consistorii; *Dr. Paryło Franciscus,* Vicerector Sem. dioec., Professor ordinarius historiae ecclesiasticae in eodem Sem.; *Dr. Piskorz Julianus,* Pater spiritualis Sem. dioec.; *Orzech Adalbertus,* Registrator et Protocollista Cons., Vicerector Sem. dioecesani.

Decoratus: A. R. D. *Czerski Stanislaus,* Par. in Trzęsówka, usu Exp. can.

Instituti: R. R. D. D. *Dobrzański Carolus,* Senior collegii coop. Eccles. cathedr., ad beneficium in Rzochów, et *Pałka Joannes,* Catech. et Director schol. claustr. VV. Clar. et Capellanus eiusdem monasterii in Stary Sącz, ad benef. in Lubzina.

Praesentatus: R. D. *Lewandowski Petrus,* Admin. vac. benef. in Żeleźnikowa, ad idem beneficium.

Constituti: RR. Dni: *Dr Czuj Joannes,* Vicerector inst. educ. paedag. in Tarnów, Catecheta gymn. in Brzesko; *Maciaszek Petrus,* Catecheta schol. pop. in Baranów, Catecheta schol. in Nowy Sącz; *Warecki Petrus,* Coop. in Lipnica mur., Catech. schol. in Baranów; *Dymurski Joannes,* Coop. in Wojnicz, Catech. schol. pop. in Ciężkowice; *Weryński Henricus,* Coop. in Chełm, Catech. schol. pop. in Szczawnica; *Fortuna Joannes,* Coop. in Borzęcin, Catech. schol. pop. in Tuchów; *Sierosławski Franciscus,* Coop. in Ciężkowice, Catech. schol. pop. in Wojnicz; *Dąbrowski Michaël,* Coop. in Kamienica, Administr. vac. ben. in Kamienica; *Kowal Joannes,* Coop. in Radomyśl, Adm. vac. benef. in Radomyśl; *Stosur Jacobus,* Adm. in Lubzina, Catech. et Director schol. claustr. VV. Clarissarum et Capellanus eiusdem monasterii in Stary Sącz.

Translati: R. Dni Cooperatores: *Duchiewicz Romanus* e Nowy Wiśnicz ad Eccl. cath. et paroch. in Tarnów; *Rogoż Alexander* e Gawłuszowice ad Eccl. cath. et par. in Tarnów; *Stefański Adam* e Mielec ad Eccl. cath. et par. in Tarnów; *Orczyk Michaël* e Czermin ad Wojnicz; *Stawarz Theophilus* e Limanowa ad Borzęcin; *Skibniewski Aloisius* e Mikluszowice ad Bobowa; *Oleksik Antonius* e Szczucin ad Bochnia III.; *Teper Joannes* e Góra ropczycka ad Trzciana; *Janas Franciscus* e Szczucin ad Nowy Wiśnicz; *Papież Adalbertus* e Żdżarzec ad Stary Wiśnicz; *Przeworski Julianus* e Jakóbkowice ad Limanowa; *Szumowski Carolus* e Baranów ad Limanowa; *Korzeń Joannes* e Ujanowice ad Baranów; *Kozieja Joseph* e Limanowa ad Czermin; *Bibro Joannes* (jun.) e Zgórsko ad Pilzno; *Firlej Rudolphus* e Barcice ad Żdżarzec; *Kołodziej Michaël* e Chełm ad Góra ropczycka; *Budzik Ladislaus* e Pilzno ad Uście solne; *Jasiński Joannes* e Stary Wiśnicz ad Barcice, *Łanowski Joannes* e Wietrzychowice ad Brzeziny; *Chrzanowicz Franciscus* e Czermin ad Jadowniki; *Leśniak Joseph* e Olesno ad Jakóbkowice; *Prokopek Vincentius* e Jadowniki ad Wielopole skrzyńskie; *Zalasiński Andreas* e Wielopole skrzyńskie ad Jadowniki qua expositus in Maszkienice; *Łącki Franciscus* e Tarnów ad Bolesław qua expositus in Mędrzechów; *Sandecki Thomas* e Grybów ad Olesno qua expositus in Smęgorzów; *Rajca Petrus* e Zakliczyn ad Lubzina qua expositus in Ostrów.

Neoordinati applicati: RR. DD. *Baradziej Franciscus* ad Muszyna; *Czerw Stephanus* ad Grybów; *Dudziak Laurentius* ad Ciężkowice; *Faron Martinus* ad Zakliczyn; *Jagiełka Apollinaris* ad Chełm; *Jagiełka Joannes* ad Chełm; *Janisz Carolus* ad Borowa; *Jankowski Joseph* ad Porąbka uszewska II.; *Juszczyk Andreas* ad Szczucin; *Kamionka Stephanus* ad Zgórsko; *Kilian Joseph* ad Zassów II.; *Klimek Valentinus* ad Wietrzychowice; *Kozdrój Adalbertus* ad Szczucin: *Łoniowski Joannes* ad Gawłuszowice; *Niedojadło Joannes* ad Kamienica; *Piękoś Franciscus* ad Mielec II.; *Pierzga Adalbertus* ad Wietrzychowice; *Przewłocki Stanislaus* ad Witkowice; *Rodak Stanislaus* ad Lipnica mur.; *Skirło Stanislaus* ad Czermin; *Skórka Augustinus* ad Dębica; *Stańczyk Antonius* ad Ujanowice; *Stasiowski Joannes* ad Mielec; *Tobiasz Stanislaus* ad Mikluszowice; *Węgrzyn Joannes* ad Ostrowy tuszowskie.

Applicati: RR. Dni. *Kuropatwa Ladislaus,* qui officiis Catechetae in Wojnicz resignavit, ad Krościenko, et *Bajorski Joannes,* e Congregatione Oratorianorum S. Philippi N. ad Cerekiew.

Piis ad aram precibus commendatur:

Anima p. m. *Siorek Adalberti,* Cooper., qui die 7. Julii a. c. pie in Domino requievit. Soc. precum adscriptus.

p. m. *Górski Ignatii,* Parochi in Kamienica, qui die 13. Julii a. c. pie animam Deo reddit. S. p. a.

p. m. *Japoł Stanislai,* Cooperatoris et Capellani castrensis, qui die 14. Julii pie in Domino ultimo quievit fine. S. p. a.

p. m. *Pasiut Antonii,* Par. in Radomyśl, qui die 20. Julii pie in Domino mortus est. S. p. a.

p. m. *Durand Aloisii,* em. Capellani SS. S. Cordis Jesu in Zbyl. góra, qui mense Julio a. c. pie in Domino obdormivit.

p. m. *Piątkowski Antonii,* em. Parochi de Straszęcin, qui die 10. Augusti h. a. pie in Domino vita functus est.

Z KONSYSTORZA BISKUPIEGO.

W Tarnowie, dnia 1. sierpnia 1917.

Ks. Stanisław Bulanda
kanclerz

† Leon
Biskup

Nakładem Kleru Dyecezalnego. Z Drukarni Zygmunta Jelenia w Tarnowie.